


B. Henrici Höpffneri Commentarius In Psalmum VI.

Gryphiswaldiæ: Typis Danielis Benjaminis Starckens, [1703?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873678052>


Druck Freier  Zugang





93

Fa 1092 (93.)



I. N. 3.

B. HENRICI HÖPFFNERI
COMMENTARIUS
IN
PSALMUM VI.

Quem ex MSSCTO editum

Sub PRÆSIDIO

Academiae Gryphiswaldensis

PRO-CANCELLARII PERPETUI

D. JO. FRIDERICI MAYERI,

Consiliarii Regii, totius Pomeraniae Svecicae ac Rugiae Super-
intendentis Generalis, Consistorii Regii Praesidis, Prof.
Theol. Primarii & Facult. Theol. h. t. DECANI,

B. C. D. defendet.

THOMAS WITTON,

Grinâ Pomeranus,

Ad d. 10. Novembr.

Anno 1703.

GRYPHISWALDIAE,
TYPIS DANIELIS BENJAMINIS Starckens/
Reg. Academ. Typogr.

VIRIS

PLURIMUM REVERENDIS, CLARISSIMIS,
nec non DOCTISSIMIS,

DN. THOMÆ WITTON,
Pastori Crinensi,

DN. JOHANNI Böttichern/
Pastori Völschoviensi,

DN. JOHANNI WITTON,
Pastori Crumminensi,

Viris de Ecclesia diu multumq₃ meritisimis,

Dominis respectivè Parenti, Affini, Patrueli, Fauto-
ribus, ac studiorum suorum promotoribus submisso hono-
ris pariter ac amoris cultu æternum colendis,
devenrandis,

Disertationem hanc Theologicam

annexo omnigenæ prosperitatis voto in grati animi
memoriam obsequiosissimè tradit

THOMAS WITTON.

B. HENRICI HÖPFFNERI Commentarius
IN PSALMUM VI.

§. 1.



hic Psalmus est primus inter pœnitentiales, quorum ab Ecclesiâ VII. sunt numerati, cujus quidem numeri septenarii variæ redduntur rationes, sed illæ sunt potissimæ. (1) Quod à pœnitentiam agentibus diligenter sint hi Psalmi ruminandi, & ad praxin referendi, nè Spiritus nequam neqvioribus septem assumptis regressum tentet, *Luc. XI, 22.* &

septem neqvitiæ fraudibus *Prov. VI, 16.* illos expugnet denuo.

(2) Deinde, quia vita hominis tota debet esse continua pœnitentia; Ideo singulis septimanæ cujuslibet diebus hæ preces sunt integrandæ, citrà tamen superstitionem & vanam operis operati persuasione.

§. 2. Constat autem hic Psalmus duabus partibus, quarum prima est *voliva*; altera verò *objurgativa*, quâ in hostes invehitur, & simul triumphat David ob exauditionem.

§. 3. Ceterum & hic ascriptus est titulus על השמנית מומר לריוך. Verba illa ultima מומר explicata sunt *v. 1. Pf. III. & IV.* Hic additur superoctavâ. שמנית est nomen ordinale Fœminini Generis significans octavam; Ideoq; juncta cum voce anteced. נגינת à Rabbiniis exponitur de citharâ octo chordarum. Putat autem Lutherus citharam octo chordarum fuisse ex tactilibus instrumentis præstantiss., quemadmodum inter Psalteria decachordum ut perfectissimum memoratur *Pf. XXXIII, 2.* Atq; ideo tali cytharâ canendum fuisse hunc Psalmum, quia agit de omnium exquisitissimâ tentatione & extremis doloribus mortis atq; inferni.

Vers. 1. DOMINE NE IN FURORE.

D Prima pars Psalmi est bimembris & absolvitur partim deprecatione malorum, partim flagitatione honorum. Deprecatio continetur particula **NE** ne. Deinde ejus objectum exprimitur, ad quod illa dirigitur **יהוה**, quæ vox significat & essentiam DEI **αὐτοθεῖον**, & omnium rerum creatricem ac conservatricem, nec non promissionum suarum tenacem, quibus ipso eventu complementum largitur, ut veritas i. e. stabilitas verbi divini appareat.

Subjectū vel materia deprecationis duobus notatur verbis: Primo enim orat. *ne arguas me*. In fontibus est verbum **יכח** arguit, & usurpatur de disceptantibus in judicio, seque invicem arguentibus per certa argumenta, quibus causam suam quilibet tueri conatur. Unde *Es. 1, 18*. Dominus ait. Veni-

te nunc & disceptabimus. Deprecatur ergo hoc verbo David (1) τὸ ἀκριβοδικαίον DEI, i. e. jus strictum, quod ipse secundum rigorem justitiæ suæ exercet per legem & propriæ conscientiæ Elenchum horribilem. (2) Deinde imputationem reatus, quia forum justitiæ legalis, in quo quisque peccata sua luere cogitur, declinat, & privilegio exemptionis prætenso, provocat ad aliud tribunal, ut mox dicemus.

Alterum verbum est, cum orat David: *Ne corripias me*. Vox Hebræa significat in Piel, vinxit, ligavit: Deinde ingenere, punivit, increpavit, verbis aut verberibus, aut vinculis. Quemadmodum inde oriundum nomen usurpatur *Es. 53, 5*. Castigatio pacis nostræ (promerens nobis pacem cum DEO) pœna super eo (venit super eum.) Respicit itaque hoc verbum ipsam pœnam, quæ DEUS peccatum

tum vindicat, & peccatori retribuit, ut meritis est. Quemadmodum prius verbum spectat reatum pœnæ vel noxiam, & notat iudicium, quo DEUS condemnat peccatorem per legem, & conscientia propria testimonium.

Caussa efficiens hujus iudicii & punitio nominatur furor & ira. Græci vertunt *Rom. 2. v. 8. θυμὸν καὶ ὀργὴν* easque voces plerique habent pro æquivolentibus. Sed Euthymius tamen distingvit. Nam furorem vocat motum ad iræ vel vindictæ cupiditatem. In Hebræo est *הַמַּחַר* nasus per Meton. signi. Quia commotio bilis ostenditur flatu oris & narium vehementiore, sicut in Saule videre est *Act. 18. 7.* Iram autem dicit esse vehementiorem fervorem, qui invindictæ exercitio conspicitur, à Latinis alias æstrum vocatur. Unde & Radix *מָחַר* à qua Vox He-

Verf. 2. MISERERE MEI.

Hoc est secundum mem-

braica descendit, significat incallescere, æstuarè.

Non autem existimandum est, proprie in DEUM cadere istiusmodi perturbationes, sed ut ait Procopius in *Cap. 3. Esais* *Ἀνθρώποις ἔσιν ἡμῖν ἀνθρώπων ἡ γραφὴ διαλέγεται* i. e. scriptura nobis, cum homines simus, se accommodans, humano more de DEO loquitur. Quia propter hac Metaphorica locutione nihil aliud notatur, quam *κρίμα ἔνδικον* ut vocat Apostolus *Rom. III, 8.* justum iudicium vel actus iustitiæ divinæ peccata iudicantis, isque geminus. Primus quidem est condemnatio vel maledictio peccati, & peccatoris, notata voce furoris. Secundus autem est *ἀνταπόδοσις* vel vindictio, quæ *Rom. II, 2.* dicitur *κρίμα τῶ θεῷ κατ' ἀλήθειαν.* Unde *Rom. 1, 32.* *δικαίωμα τῶ θεῷ* esse à Paulo explicatur, quod qui mala committunt, vel approbant digni sint morte.

brum primæ partis, in quo

A 3

David

David à throno iræ appellat ad thronū gratiæ DEI, & non vult secundum legem ac strictum justitiæ divinæ rigorem, sed ἐπιεικείας Evangelii judicari. Argumentum autem hujus sectionis est triplex. Nam (1) expetit miserationem DEI, utpote fontem ac fundamentum omnis salutis. Atque ut DEUM magis urgeat, & promissionem ipsius ad se quoque pertinere ostendat, adhuc ter repetit appellationem Jehovahæ. *Miserere mei Jehova.* Misericordiam autem DEI opponit furori & iræ, quam antea deprecatus est, ut hoc ipso testetur fidem suam in Messiam, in quem peccata sua vult transferri & contra justitiam ejus sibi applicari. In Hebræo est יהוה quæ vox significat imerenti & misero beneficium indebitum conferre. Ideoque rectissime exprimitur à Græcis verbo χαρις *Charis*. Est autem hæc misericordia nihil aliud, quam gratia erga miseros, i. e. peccatores, & propter peccatum

pœnarum reos homines: Quæ clementia quoque solet appellari. Ea enim à Seneca definitur lenitas superioris adversus inferiorem in constituendâ pœnâ. A Cicerone autem dicitur justitia, posita in moderatione animadvertendi: scæpius χρηστότης dicitur *Rom. II, 4. Tit. III, 4.* Nonnulli vocant liberalitatem sed improprie. Nam liberalis ille dicitur, qui dat ita, ut sibi dando aliquid pereat; deinde dat alteri, quod ipse antea habuit: DEUS autem qui remittit peccata, nihil amittit, neque peccata antea habuit. Ergo DEUS potius clemens, lenis & misericors dicendus est, quam liberalis in remissione peccatorum.

Huic autem petito subjungit rationem à causa impulsiva externa, *quoniam infirmus ego sum.* Quæ verba Vatablus, Arias Montanus & Junius & alii de morbo corporis exponunt, quo David fuerit conflictatus. Sed Historia Regum non meminit

minit morbi, in quem David propter peccatum suum inciderit, licet populum pestis invaserit. Quare potius de infirmitatibus spiritualibus & maledictione, calamitates externas comitante; si desit DEI misericordia, infirmitas ista erit accipienda, ita ut complectatur tum reatum, ipsum peccatorum, tum pœnas inde oriundas, quin etiam & morbos corporales & reliquas miseras externas; quatenus maledictionem ex peccato consequentem continent, cum pœnas illas peccatum promereatur. Atque sic loquitur Propheta noster *Psal. CIII, 3. qvi sanat omnes infirmitates tuas.* Et *Esa. LIII, 5. Langvore ejus sanati sumus.* Quod Evangelista Matheus *Cap. VIII, 17.* ad morbos corporis accommodat, propter adhærentem illis reatum & maledictionem ex peccato. *Ipsè infirmitates nostras accepit.* Ideoque & CHRISTUS interrogans paralyticum *Matth. IX. 2.* Vis sanus fieri?

Prius ipsi remittit peccata. Quare cum David ait. *Quia infirmus sum*, idem est ac si diceret, quia peccator sum & transgressione mea pœnas temporarias atque æternas promerui.

Deinde David petit sanationem, i. e. ablationem reatus, quam opponit stricto iudicio DEI secundum legem peccatoribus maledicenti, & peccatum imputanti. Ut enim infirmitas & immunditia, reatum notat peccati: ita sanare & mundare est reatum tollere & peccatum remittere. Vox פצר propriè significat medicari, & remediis certis sanare. Atque in I. Conj. usurpatur de solo DEO, utpote cui uni facile est sanare. Deinde Metaphoricè significat remissionem peccatorum. Quemadmodum enim corporis vulnera medicamentis tolluntur; sic spiritualia illa vulnera, quibus fauciata est anima & corpus nostrum per peccatum ceu lethale venenum, tolluntur ignoscentia & remis-

remissione peccatorum, sive ut *Pf. XXXII, 1.* loquitur obtentione: Ita DEUS promittit *Jer. III, 22. Of. XIV, 5.* sanationem hanc spiritualement; sanabo aversionem illorum, i. e. ut Targum explicat: Remittam. Unde *Exod. XV, 11.* DEUS medici titulum sibi sumsit. Ego DEUS medicus tuus. Quod de spirituali curatione quoque intelligendum esse David docet *Pf. CIII, 3.* Qui sanat infirmitates tuas. Huc pertinet illud Salvatoris: *ἰσχυροὶ* qui valent, vel *ὀψιμαίοντες*, vel sani non opus habent medico *Luc. V, 31.* sed qui malè habent. Et postea explicatur sanationis ratio. Non veni vocatum justos, sed peccatores ad pœnitentiam.

(3) Ex Metaphoricâ hac significatione oritur alia, quæ est metonymicâ, quâ verbum hoc usurpatur de amotione pœnarum peccatis me-

Vers. 3. 4. QUONIAM CONTURBATA EST ANIMA, &c.

Porro huic alteri petito annectit rationem ab agnati peccati effectu gemino, & simul

ritarum quemadmodum *Of. VI, 1.* Ecclesia dicit: Venite revertamur ad Jehovam, quia ipse rapuit & sanabit nos; Ipse percussit & alligavit nos: atque juxta has duas posteriores significationes hic quoque locus debet explicari, quia David orat & peccatorum ignoscenciam & impunitatem ac maledictionis ex peccato ortæ ablationem. Repetit autem denuo nomen Jehova affectuosâ compellatione, ut solius DEI curam se requirere innuat, cum humana auxilia aut indulgentiæ in his paroxysmis, non tantum non auferant vel mitigent, sed & aggravent miseriam, sicuti *Of. V, 13.* de Israëlitis dicitur subsidia humana quærentibus in suâ afflictione. Ephraim videbit morbum suum, medicum accersens Assyrum, sed is non poterit sanare.

ostendit partes affectas, quibus dicta infirmitas inhæreat, nempe corpus & animam.

Primus

(1) *Primus* enim effectus agniti peccati est; Consternatio totius corporis. Ossa mea sunt conturbata. Ossa quidem non sentiunt per se & suam naturam, sed tamen membranæ, quæ adjacent ossibus, dolorem percipiunt, quia dolor Medicis ossium dolor, eò quod membranæ illæ ossium velut dolentium imaginem inducant. Vid. Galen. Lib. 2. de locis aff. C. 2. Et Scalig. Exercit. 291. Sect. 2. Tribuitur autem hæc totius corporis consternatio, ossibus per Synecd. non tantum quod per ossa, quæ sunt fundamentum reliquæ molis corporeæ & membra sustineant, verum etiam, quia summus dolor eò citò penetrat, & in timore sanguis interius fugit ad cor illudque constringit. Hinc ex regressu Spirituum imbecillitas nervorum motivorum oritur, gelidusque per ima ossa tremor currit. Præter hanc autem doloris magnitudinem simul & mentione ossium conturbatorum innuitur conjuncta mœstitiæ afflictio.

Nam ossa in se continent medullam, quæ ex pingvi & oleoso humore generatur & humectat ossa, nè continuam corporis agitatione vel exarescant, vel incalescant. In mœstitiâ autem, medulla ossium veluti à teredine absumitur, ita ut eorum substantia non habeat, quò humectetur, & tandem evanescente humido radicali penitus exarescat. Id Salomon testatur, Prov. XVII, 22. Cor lætum medicinam facit, & Spiritus tristis exficcat ossa.

(2) *Secundus effectus* agnitæ infirmitatis vel peccati, est consternatio animi & pavor iræ divinæ cum passionibus longe gravissimis conjunctus, quas sensus infernalium pœnarum efficit. In Christo hoc omnium evidentissime potest cognosci, qui tantos animi cruciatus propter peccata nostra sustinuit, ut, fateretur animam suam esse tristem usque ad mortem: Et Evangelista miserabilibus vocibus λυπείσαι εκθαμβείσαι, ἀδημο-

B

ἀδμονεῖν significat, atque ipse tandem exclamat; se a DEO esse derelictū. Similiter ergo & David luctatur cum tentatione de abiectione, postquā DEUS uno quasi oculi ictu videndos exhibuit infernales dolores. Amplificat autem David hujus cruciatus sui miseriam ab adjuncta atrocitate vel magnitudine. Anima mea turbata est valde. Deinde à diurnitate: Et tu Domine usque quo? sc. non misereris ac sanas. Nam ut in omni affectu mora gravis est, teste Salom. *Prov. XIII. 12.* Spes quæ differtur, affligit animam: Ita multo gravissimus erat Davidi hic mortis & inferni sensus, ideoque velut peremptoriā citatione auxilium DEI postulat. Et tu Domine usque quo? Quamdiu differs exhibitionem misericordiae tuæ? Cur non facis ut illico sentiam remissionem peccatorum? Est autem affectuosa hæc Apofiopepsis & valde Emphatica, quæ ostendit, ab anima nimium turba-

ta has preces proficisci, ita ut in tanto dolore, non integra possit formari sententia, sed quasi faucibus constrictis frangantur verba & interrumpatur Oratio.

(3) *Tertio* David petit reconciliationem, liberationem atque salutem animæ, punitioni quam supra deprecatus est oppositam. Petitionis autem hujus particulæ sunt tres, quarum *Prima* est reconciliatio cum DEO. Nam quando iratus est DEUS, & punitio ejus metuenda est, dum quasi tergum obvertit nobis, ita ut non liceat gratiæ ipsius vultum, de quo *Ps. IV, 7.* locutus est contueri. Eandem vero faciem suam gratiosam ostendit cum placatus est & impunitatem concedit, & peccata propitius remittit. Ideoque *Psaltes* reconciliationem DEI cum hominibus enunciat, verbo *Metaphorico reverti*: quod & DEO & hominibus tribuitur. DEO tribuitur, quando is peccatores, à quibus per peccatum ratione

gra-

gratiosæ præsentia disternatus erat. *Es. LIX, 2.* recipit in gratiam & cum iis unitur. Hominibus autem tributum significat veram pœnitentiam, per quam vicissim conjunguntur DEO, à quo per peccatū recesserant. Unde & Hebræis ipsa pœnitentia dicitur *השיבה* reversio, respiciencia *1. Sam. VII, 3. Jer. IV, 1. Ezech. XVIII, v. 21. C. 33, 11.* In N. T. usurpatur verbum, *ἐπιπέθειν*, *Lu. 1, 16. Cap. XXII, 32. Act. III, 19. & C. XXVI, 10.* Coniungitur cum verbo *μετανοεῖν* pœnitentiam agere. Proinde eadem est plane huius verbi significatio, quæ vocis reconciliari, quæ & ipsa DEO tribuitur & hominibus. DEUS reconciliatur nobis remittendo peccata, nos reconciliamur DEO pœnitentiam agendo. *2. Cor. V, 20.*

Secunda particula huius petiti est liberatio ira ab DEI & pœnis, quas secundum strictum jus suum infligit: In verbo Ebraico *הצלה* singularis est Emphasis; Quod

in Piel significat aliquem emendo liberare, metaphorâ sumtâ ab iis, qui sunt in luto profundo, & se amplius erigere nequeunt; Multo minus eluctari possunt. Ideoque Lutherus hoc ipsum verbum in *Pf. XCI, 15.* vertit: *heraus reissen.* H. l. autem generali vocabulo reddit: *Erretzen.* Comparat itaque David sua peccata atque inde ortas angustias & pœnas profundo lacui, in quo torquetur, & sqalet miser, quemadmodum *Pf. LXXXII, 18.* hanc similitudinem pluribus deducit.

Objectum autem liberationis huius facit animam suam, quâ voce notat vel *κατ' ἐξοχήν* primariam sui partem, quam valde turbatam esse dixit; vel se totum per synecdoch. membri scripturis usitatam, uti mox de tota persona interpretatur. *Salvum me fac.*

Tertia particula petiti huius est salvatio: *Salvum me fac* i. e. *justifica me* vel *justum me* reputa. Nam *salvus* est duplex alia gratiæ, B 2 alia

alia gloriæ: quarum illa in justificatione contingit: uti *Ephef. II, 5.* dicitur: Gratiâ salvati estis & *Tit. III, 5. 7.* Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis. Altera autem demum futura est in Cœlis, & manebit eos, qui fide in Christum perseverant. De prioris generis salute loqui Davidem ex contextu manifestum est: *Quia salutem hanc conjungit, cum liberatione ab ira DEI, & opponit punitioni secundum rigorem legis factæ.* Proinde salvatio hæc nihil aliud est, quam justificatio vel gratiosa DEI æstimatio, quâ credentibus imputat Christi justitiam, & in illo ipso justos atque innocentes pronunciat & censet. Hoc sine & usurpatur verbum *ŷw* salvavit, à quo ipsum proprium nomen Salvatoris, quod est JESUS, descendit, eo quod salvum faciat populum suum à peccato *Matth. I, 21.* Non

Verf. 5. QUONIAM NON EST
Deinde repetit etiam causam impulsivam externam,

est aliud nomen in quo oportet nos salvos fieri vel justificari. *Act. IV, 12.* Unde Apostoli in Synod. utique decernunt. *Act. XV, 11.* *Credimus, nos salvari per gratiam Domini nostri JESU CHRISTI.* Jam vero petitionem hanc amplificat.

1. A causa Impulsivâ internâ justificationis, quæ est misericordia DEI; *Salvum me fac propter misericordiam tuam.*

Quo ipso profitetur David, in se nullum esse meritum, nullam dignitatem, nullam causam, quæ DEUM ad salutem impertiendam movere possit; cum contrarium meruerit, i. e. est iram DEI & pœnas æternas. Ideoque ad alienum meritum nempe Messiam respicit, quod gratis ex mera misericordiâ sibi petit imputari, quemadmodum Paulus hanc DEI misericordiam opponit humanis & quibusvis bonis operibus *Rom. IV. Tit. III, 5.*

IN MORTE MEMORIA TUI.

quæ est miseria ex peccato oriunda, & angor conscientie

tiæ propter iram DEI exter-
rita. Describit autem hanc
miseriam, si rectè attendatur:
(1) à termino vel eventu futu-
ro, (2) Deinde ab effectis jam
presentibus. Terminus & even-
tus futurus angorum consci-
entiæ est mors & infernus.
Illius soboles est oblivio DEI;
Hujus autem blasphemia. Vatablus Arias Montanus
Junius & alii vocem mortis
de morte temporali; Inferni
autem de sepulchro vel statu
mortuorum exponunt; cum-
que memoriam & celebra-
tionem DEI Davidis animæ
defuncti denegare non pos-
sint, ideò illam memoriam
referunt ad symphoniam Ec-
clesiæ in his terris, & ad exer-
citiū religionis publicum,
quo solennes DEO laudes di-
cuntur ob nova subinde bene-
ficia in populum suum col-
lata. Qvalis cultus in tertio
præcepto mandatur: *Memento,*
ut diē Sabbathi sanctifices. Adeoq;
argumentum hoc volunt esse
ductum à fine hominis, qui
est gloria DEI, eoqve accom-

modant, *Pf. XXX, 10. Num pulvis*
confitebitur tibi. It. Pf. CXV. 17.
Non mortui laudabunt te Domine
& Es. Cap. XXXVIII, 19. ubi Eze-
chias in morbo suo gravis-
fimo, preces ad Dominum
fundens inter alias rationes
etiam hanc allegat, quia de-
pereat laus DEI per mortem
suam. Sed hæc expositio sen-
suum Psalmi nostri non expri-
mit. Sequeretur enim Davi-
dem deprecari mortem tem-
porariam tantum, & quidem
illam non sui gratia, sed pro-
pter alios deprecari, quò &
illi exemplo Davidis ad lau-
dem DEI excitari possint.
Neq; mortem spectari hic ut
pœnam propriè sic dictam ex
furore DEI inflictam, & ex
adhærente maledictione tot
anxietates parientem. Pro-
inde per mortem hic intelli-
gitur angorum conscientia
ultimus terminus & despera-
tionis complementum, quod
est mors temporaria conside-
rata, ut est stipendium peccati
& furentis DEI indicium, ac
fit cum fremitu adversus
B 3 DEUM :

DEUM: ideoq̄ ipsam æternam mortem conjunctam habet, nec non infernalem cruciatum, cujus quasi prægustus est pavor iræ DEI, & angores ob peccata ante mortem temporalem. Atq̄ve sic hæc sententia optimè fluit ex prioribus, ubi David deprecatus est imputationem peccati & punitionem in ira. Deinde simul conq̄vestus est de colluctatione cum desperatione, deq̄ acerbissimis angoribus conscientiæ, qui inferni quasi sunt vestibulū, petiitq̄ ne diutius protraheretur illa anxietas. *Et tu Domine usq̄, q̄vo?* Sensus E. hujus versus est; nisi cito fanes animam meam, nisi me eripias & salvum facias ex gratuitâ misericordiâ, & ostendas mihi faciem tuam, indasq̄ sensum remissionis peccatorum, non possum amplius sustinere has anxietates, quibus tu mihi in severum judicem verteris: sed futurum est, ut tandem in desperatione vincar, cumq̄ve fremitu dece-

dam, & socius fiam damnatorum in inferno.

Cæterū hujus futuri eventus & ultimi termini miseriæ spiritualis duplex subicitur effectus, quorum primus est Oblivio DEI: *Non est in morte, qui sit memor tus.* Memoria proprie est rei cognitæ & antea apprehensæ iterata cognitio, quâ ferimur ad rem considerandam prius cognitam. Unde *Bonaventura in Compend. Theol. Lib. 2. Cap. 2.* memoriâ vocat repertorium præteritorum. Quare memoria DEI erit recordatio DEI beneficiorum, conjuncta cum rectâ æstimatione providentiæ ipsius, & approbatione omnium, quæ ille facit, judiciorum. Quemadmodum CHRISTUS sacram cœnam vult administrari in *sua memoriâ*, eamq̄ve vocem Paulus *1. Cor. XI, 26.* de annunciatione mortis Dominicæ explicat. Cum hac autem memoriâ DEI è diametro pugnat Oblivio DEI, quâ operum divinorum memoria vel prorsus deponitur, vel non dignè

dignè & fructuosè recolitur. Atq; huc commode possumus referre impœnitentiam finalem, quam *Augustinus* per non memoriam DEI & omiffionem confessionis accipit, quia illa revera est transitus ad mortem æternam, & janua inferni. Secundus effectus proprius est *blasphemia*: *In inferno quis confitebitur tibi?* Quæ verba interrogatione affirmativa ad augendū πάθος, concipiuntur sed enunciat: negativæ æqvipollent, quasi diceretur: Nullus in inferno, vel nemo damnatorū, confitebitur tibi: Confiteri autem per synecochen generis Hebraicam, significat gratias sumas agere & celebrare DEUM in suis operibus. Quemadmodum autem celebratio DEI extollit ipsius beneficia, & gratis cogitationibus ac sermonibus revocat; ita blasphemia mittit laudem DEI & gratias ipsi nuncupandas, ac reponit convitia, fremitus adversus DEUM Opt. Max. Quemadmodum Lu-

therus emphaticè hos duos effectus priores æternæ mortis & inferni describit: *Tom. III. Witeb.* cum ait: Quid igitur in morte & inferno est? Oblivio DEI primū, deinde sempiterna blasphemia. Hic enim amor & cura sui ipsius regnat impetuofissimâ & confusissimâ sollicitudine: Ideo misericordiam DEI ante oculos non potest habere: quærit enim effugium & non invenit, tunc mox involvitur odium DEI ardentissimum, cupiens (1) alium DEUM, (2) se non esse, ac si blasphemat summam Majestatem, quam optat, ut dixit, summo nisu, non esse; & si posset, non esse faceret. Atque ita fuga & inimicitia æterna est. Tunc istud *Ps. I.* impletur: impius sicut pulvis vento agitatur, scil. fugiens & non effugiens. Quod vero attinet reliqua dicta scripturæ ad illustrandum locum hunc allata, ea vel aliena sunt, & non parallela, vel eundem cum hoc Psalmo nostro sensum obtinent. Nam ut jam mit-

tamus

tamus è psalmis allata loca suo tempore, si DEUS voluerit, explicanda, Ezechias *Es. XXXVIII, 18.* similiter loquitur de tali morte temporaria, quæ conjuncta est cum morte æternâ, & manet descendentes in locum, & non expectantes veritatem DEI, id quod de pie defunctis dici nequit, cum & anima eorum in cælis vivant, laudentque DEUM, &

Vers. 6. LABORAVI IN GEMITU.

Sequitur nunc miseriæ Davidis eventus, jam tunc præsens continens tristitiæ suæ symptomata gravissima. Primum symptoma est *profratio omnium virium.* Nam se laborare fatetur, vel defatigatum esse pondere hujus anxietatis, tam gravi tamque oneroso, ut ad infernum ipsum detrudere minetur miserum. Labor enim hic per translationem ad animi ægritudinem & mœstitiam accommodatur, it. quoad passionem corporis. Quemadmodum & *Esa. XLIII, 25.* Messias profitetur: *Laborare me fecisti*

corpore expectent veritatem DEI. Quamvis autem Ezechias ibi quoque agat de morte corporali, tamen simul continebat mori in æternum: Atque ex bono corporalis sanitatis tanquam ex signo divinæ clementiæ cognoscebat, sibi remissa esse peccata, quorum imputationem in primis deprecabatur, ne mors ipsi poena esset, atque judicium irati DEI.

in peccatis, & Cap. LIII, 11. idem verbum de CHRISTI anxietatibus usurpatur, pro eo, quod laboravit, anima ejus saturabitur. Secundum symptoma est *gemitus & suspiria*, quæ anhelans sub tantâ mole miseriæ peccator intus comprimit, nec per angustiam & defatigationem satis expectorare valet: *Laboravi in gemitu meo.* Tertium est *sudor frigidus*, qualis solet in paventibus esse, cum sanguis & reliqui humores ob virium imbecillitatem protruduntur; quemadmodum videre est in iis, qui melancholia hypochondriaca laborant.

rant. De hoc sudore accipimus verba, *natate faciam in tota nocte lectum meum*; quæ quidem plerumq; conjunguntur cum sequentibus verbis, & pariter de lachrymis exponuntur: Nos tamen malumus distinguere, & hoc prius membrum de sudore anxio, qui & ipse est melancholiæ πένθος acerbum, intelligere. Nam verissimum est Lutheri Apophtegma, quod D. Schneff. Comment. in hunc Psalmum commemorat: *Melancholia est balneum Diaboli*. Amplificat autem hoc πένθος (1) à circumstantiâ loci; lecti. Non enim in mensâ, non in ambulacris, non in opere peragendo, ubi alii forte solent, sed in lecto plorat, qui aliàs quieti est destinatus. Verum inqvies, tumultus pectoris, & gemituum crebritas, hunc Davidi finem lecti, qui est virium recreatio, denegat. Simul verò commemoratione hujus circumstantiæ respicit ad causam meritoriam hujus angustiae, nempe ad adulterium, quo lectum suum ma-

culaverat, quemadmodum Ephrem. Tom. 3. Serm. de pœnit. observat. (2) à circumstantia temporis: *tota nocte, vel omni nocte*, quæ & ipsa miseriam hanc exaggerat. Nam tenebris suis tristes cogitationes nox aggravat in melancholicis, præsertim si ἀγρυπνία accedat (Celsus vertit infomnium) omnem virium recreationem interturbans; Quemadmodum David hic conquiritur, vigiliis suas nocturnas non unam vel alteram horam, vel etiam usq; ad noctem intempestam, sed totam denique noctem perdurare. (3) Deniq; ab ipsa vehementia, quam exprimit Metaphora Hyperbolica, petita à navibus. Ut enim hæ in fluctibus natant; ita præ nimio sudore fletus Davidis, qui natat, vel adeo madidus est, quasi urinator in profundum maris vel aquarum penetrans eum usurpasset. Eadem & Hyperbole utitur Homerus *Odysf. H. v. 254.* de *Ulyssæ*, & *Odysf. de Penelope*, ut tum ex hoc, tum ex aliis

C

exem-

exemplis non frustra viri docti conjiciant; Homerum plerasque elegantias suas, à sacris Scriptoribus petiisse, quas vel ipse in sacris legerit, vel ab aliis sacrorum notitia imbutis acceperit. Quartum symptoma est *stetius immodicus*. Qui similiter describitur (1) à loco, qui est lectus, in quo cum pernox debuisset somno recreari David, lachrymis maceratur. Deinde à nimia copiâ, quam effert metaphora petita à lotricibus, cum syndones lecticarias purgant; *Lavo*, i. e. largiter madefacio lectum meum, adeò, ut ille per copiam lacrymarum, videatur aquis lotricis esse imbutus;

Vers. 7. TURBATUS EST A

Ubi oculi voculam & proprie de instrumento videndi, & Synecdochicè pro tota facie, ut *1. Job. 1, 1*, potest accipi. Quod posterius amplectitur Lutherus & vertit: *Meine Gestalt*. Nam verbi, quod oculo attribuitur significatio & speciali vel propriæ, & synecdochicæ notioni optimè

quemadmodum & nos formulam illam usurpamus in lingua Teutonica: *Man möchte das Bette auswringen*. Estque & hoc hyperbolice dictum: quia ut *Dionysius Longinus* ait: *Hyperbole τὴν τῆ πατρὸς ὑπεροχὴν, vel affectus excessum significat*. Atque ut *Quintil. Lib. 8. Institut. Orat. ait*. *Tunc virtus est Hyperbole, cum res ipsa, de qua loquendum est, naturalem modum excessit*. Voluit itaque David ostendere difficultatem hujus suæ *ἀγανίας*, quæ ipsi tantam sudoris anxii copiam & incredibilem lacrymarum vim extruderit. Quintum symptoma est *deformis aspectus*, quem describit

A FURORE OCLUS MEUS.

potest accommodari. Nam *ὤψων* proprie significat æruginosus fuit, ab ærugine, vel à vermibus corrosus fuit. Unde *Hyeron.* vertit: *caligavit oculus*: Et *Targum*: *Membra mea pre consumptione demigrata sunt*. *Aquila ἀφχωιδη* squaluit & *Symmachus ἐφλέγμανε ἀπὸ πικρασμῶ*, i. e. langvit ab ægri-

ægritudine. Quod si ergo significata hujus verbi oculo propriissime sic dicto accomodemus; sensus erit: Oculos Davidis in hac tristitia fuisse obtenebratos, & caligasse atq; lucem refugisse; Deinde absumentam fuisse substantiam, quæ oculi orbitam replet, nimium cavatis oculis. Jam uterq; affectus, & si oculi lucem effugiant, & si nimium caventur, exitialis est, teste Medicorum Principe Hippocrate 1. Prognost. Aphor. 10. Porro si oculi se ita habent, facile etiam potest de totius faciei specie judicium fieri; eò quod oculi præprimis in facie sint perpendendi. Nam ut est in 6. Epidem. Comment. 4. t. 28. apud Galenum: Oculi ut valent, ita corpus & imprimis caput. Proinde de oculo & Synecdochice accepto, i. e. de tota facie rectissime hoc prædicatum enunciatur, eoq; innuitur forma cadaverosa & lurida, ob spirituum in mœstia constrictionem. Nam sanguis, qui corpori roseum & floridum calo-

rè tribuit, retrahitur in mœstis ad cor, unde pallor luridus existit; quemadmodum contra gaudentes rubescunt ob diffusionem caloris & sanguinis ad exteriores partes. Quia enim similia maxime inter se uniri, ideò spiritus velut exire conantur ad objectum illud externum gratum & amabile, ut illud sibi uniant & simile reddant. Quemadmodum in tristitia Spiritus objectum malum averfantur, & versus cor recurrunt, caloremq; intus adigunt: atq; ita spiritibus & calore intra cor coarctatis, humidum radicale absumitur, & cor lento quasi igne torretur. Hoc est, quod Salomon ait: Prov. XXV. sicut tineæ vestimentum, vel vermes lignum, ita tristitia cor viri exedit. Deinde eodẽ verbo notatur & macies faciei, quando caro omnis evanescit, & vix dum cutis ossibus adhæret, exhaustis omnibus viribus, quæ cum in calore & spiritu consistant, necessario immi nuuntur, propter caloris &

C 2 spiri-

spirituum à membris exter-
nis avocatiouem. Atque ita
optimè congruit Metaphora
verbi $\psi\psi$. Nam $\psi\psi$ signifi-
cat tineam, quæ vestem, vel li-
gnū cæco quodam morfu ab-
sumit, eademque similitudo
non tantū in iam laudato ca-
pite *Pr. xxv.* sed & in *Pf. xxxix,*
12. habetur. In *inreptionibus*
propter iniquitatem corripis homi-
num, & tabescere facis, ut tinea
desiderium vel desiderabile. Repe-
titur autem denuo causa
 $\sigma\upsilon\nu\epsilon\chi\eta\varsigma$ hujus symptomatis.
Pre ira, i. e. à furore, quam
aliqui exponunt de indigna-
tione Davidis, quæ irascitur
hostibus suis $\epsilon\pi\chi\alpha\iota\rho\epsilon\delta\upsilon\sigma\iota\varsigma$.
Sed totus contextus ostendit,
eum loqui de ira DEI, & quæ
per illum infligitur pœnâ; &
deniq; Metonymice de mœsti-
tia ac pavore illius iræ ac metu
pœnæ. Unde Lutherus: *Der*
Dräuen. Sensus enim est,
quod pavor iræ divinæ & me-
tus pœnæ promeritæ, hunc
sqvalorem in corpore Davi-
dis efficiat. Sextum sympto-
ma est *senium intempestivum:*

præproperum. Exhausto
enim succo, cutis contrahitur
& corrugatur, præsertim in
facie. Unde *Hesiod. αἰψὰ γὰρ*
ἐν κακότητι βροτοὶ κατὰ γῆρας οὐκ
in doloribus vel calamitatibus homi-
nes cito senescunt. Hoc autem
fit imprimis accedente ad tri-
stitionem metu, in quo non satis
perspicitur, quanta sit mali
atrocitas. Unde exoritur su-
bito mutatio caloris & repen-
tina canities etiam in juveni-
bus, ut *Scalig. Exerc. 312.* notat.
In fontibus verbum cohæret
cum nomine fœminino $\rho\upsilon$
oculus. Inveteravit sc. oculus
vel senuit inter omnes angu-
stias meas. Radix est $\rho\eta\nu$
Inveteravit, consenuit, cujus
tertiam personam in Hebr.
Synecd. enunciata *LXX.*
& *Hieron.* mutant in primâ,
cumque faciei, ut membro
convenit, id toti corpori tri-
bui solet. Similiter &
Aquila vertit $\mu\epsilon\lambda\acute{\eta}\rho\theta\eta\nu$ trans-
latus sum, & *Symmachus*
 $\epsilon\tau\rho\alpha\beta\alpha\nu\acute{\omega}\theta\eta\nu$, i. e. consumtus
sum. Repetit autem causam
hujus mœroris & accelerati
senii,

fenii, cum addit. Propter omnes inimicos meos, ut plerique vertunt, aut quod rectius est inter omnes angustias meas. Non enim eodem modo verba hæc exponuntur ab interpretibus. Nam aliqui intelligunt de hostibus ἐπιχαιρεκάκαις omnem Davidis salutem despondentibus, & calamitates ejus hostili animo observantibus, de quibus ejus miseria triumphantibus. Sed Lutherus generalius interpretatur de omnimodis anxietatibus. Omnia tribulant me; Vel mihi sunt adversa. Et præpositionem α facit ἀνίσταμαι. Nam vel dum omnia tribulant me & mihi adversantur, in fontibus est particip. plur. Num צררי à צר. צר i. e. (1) compressit, ligavit, (2) alienatus fuit ab aliquo, & nauseabundus cum quadam oris & narium compressione se avertit, ut Ps. LXIX. 9. usurpatur, unde substant. צרר de nauseabundis Israëlitis usurpatur, cum fastidium Israëlitarum describitur Num.

XI, 20. comedetis carnem usque dum exeat è naso vestro, & sit vobis נצר vel ut Targum habet in offendiculum. LXX. habent εἰς χολεράν in cholera. Sensus igitur horum erit verborum, omnes creaturæ à me alienatæ sunt, omnibus ego rebus abominabilis sum & fastidium, omnes creaturæ propter peccata mea ingemiscunt, nec ullibi invenio solatium DEO irascente; ubique inimici se offerunt, undique miseriam suppetit materia & augmentum, & totus mundus angusti mihi circuli instar est; quinimo cor proprium à me ipso abhorret, me accusat & odit. Hoc vult Lutherus, cum addit: Denn ich allenthalb geängstiget werde. Cajetanus in omnibus angustiis meis: Et Aquila ἐν πασιν ἐνδυσμῶσιν μου, i. e. in omnibus, quæ illigant me. Atque ita hoc verbum respondet indignationi in præcedenti membro positæ, tanquam effectus causæ. Cum enim creaturæ sint instrumenta vindictæ divinæ,

C 3

aliter

aliter fieri non potest, nisi ut DEO nobis irascente ipsæ quoque nobis iram minentur.

Verf. 8. DISCEDITE A ME, &c.

Hæc est altera pars hujus Psalmi, in qua David ex inferis reductus & post mortificationē vivificatus, proficitur suum propositum de vitando malo. Sunt autem hujus partis duo membra (1) enim ad contestandam novam obedientiam repudiat operantes iniquitatē. (2) maledicit & imprecatur hostibus suis. Prioris membri summaria propositio est: *operaris, iniquitatis debent à me discedere. Quid vero sunt operarii iniquitatis Pf. V, 6. dictum: nempe Pseudoprophetæ, hypocritæ & justitiarum. H. l. generatim sic appellantur impenitentes, tum ratione contritionis omiffæ, quia non dolent de peccatis, sed in iis perseverant, aliosque ad peccata incitant suo exemplo. Ideo Hieronymus eruditè observat: Verbum operari in fontibus poni, non in præterito, quia ille qui operatus est, potest respicere,*

sed in præfenti participio ad notandam in peccato perseverantiam atq; impenitentiam. Operantes iniquitatem ait Psaltes noster; non autem, qui operati estis: Quemadmodum, Matth. VII, 23. hæc, phrasis redditur per participiū præ, οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν i. e. operantes iniquitatem. Lucas autē nomen ponit Cap. XIII 27. οἱ ἐργάται τῆς ἀνομίας i. e. operarii iniquitatis; Tum ratione fidei, quatenus sanctuli hi & justitiarum non in solam DEI misericordiam confidunt, sed in seipsos spem collocant, & contraria gratiæ divinæ docent ac sapiunt. Atque ita apparet connexio hujus part. 2. cum primâ. Ibi enim David furoris divini gravitatem sensit, atque angustis infernalibus fuit expositus; Nunc docet quidnam hac insigni tentatione sit edoctus; nempe ad frugem esse redeundum, peccata vi-

ta vitanda, & nulla hominum merita nullam propriam justitiam valere in foro justificationis divinæ. Addit autem insuper (1) προσδιορισμὸν universalem: *Discedite omnes operantes iniquitatem*, ut testetur serium suum studium inchoandi novam obedientiam, quo omnibus peccati auctoribus & fautoribus nuncium velit remittere, & reliquis omnibus præteritis,

Vers. 9. QVONIAM AUDIVIT.

Exponitur jam repudii operantium iniquitatem & pii propositi Davidis ratio, quæ per particulam διολογικὴν ἢ quoniam, notatur. Petitur autem ratio à gratuita DEI exauditione, & figuratur triplici ἐπιμοίῃ ac quodam verborum copia in mentione tum causæ efficientis, tum modi exauditionis, tum objecti.

Nam (1) David ex abundantia cordis, gaudio perfusi ter repetiit vocem Jehova, ut ostendat, se non suis meritis justificationem impetrasse, sed beneficium hoc so-

in solo Domino fiduciam collocare (2) Exornat affectuosa apostrophe: *discedite à me omnes*. Quæ eadem à CHRISTO quoque in sententiâ judicariâ ultimi diei usurpabitur, uti est *Matth. VII, 23* Est autem talis formula loquendi usitata in repudiis eorum, quos indignabundi repellimus à nostrâ consuetudine, neque cum ipsis volumus communicare.

li DEO referre acceptum, seque in illum credere, atque omnem fiduciam ponere, tanquam in eum, qui omnibus suis inimicis possit resistere. Ideoque cum antea omnibus suis inimicis nomen imposuisset, nunc unum Jehovam illis opponit.

(2) Modum executionis: duobus verbis, & uno quidem eorum iterato enunciat. *Jehova audit, Jehova audit, Jehova accipiet orationem*. Verbum audire ponitur pro exaudire, & bis adhibetur ad notandam fiduciæ suæ plenitudinem,

dinem, & in præfenti ponitur, ut significet Pfalter, non tantum semel se jam exauditum esse, sed etiam, num exaudiri, quotiescunque orat. Posteriore autem verbo utitur in futuro tempore, ad confirmandam spem, contra inimicos, quibus insultat; qui scilicet & posthac non sit repulsam passurus, ubi ad DEUM supplicaverit. Chaldaeus pro futuro adhibet præteritum.

LXX. in *Arist.* 1. *περὶ δεξάτω* suscepit. Lutherus autem præfenti verbo utitur: *Der Herr nimmet mein Gebet an.* Atque ita omnes intelligunt, hoc verbum de liberatione ex præteritis cruciatibus inferri. Sed in Hebræo est futurum *נָפַח* à Rad. *נָפַח*, cujus prima radicalis in Futuro more defectivorum Pe Nun per Dagesch subsequens compensatur. Quamvis enim Futurum sæpe per Enallagen capiatur, pro præterito vel præfenti, tamen cum libe-

ratio à præterito malo jam tum indicata sit per verbum exaudire bis positum, rectè hoc verbum proprie exponimus, & in futuri temporis significatione, ad notandam spem de secuturo & posthac auxilio certitudinem. Est autem hoc verbum valde emphat. & significat acceptionem orationis supplicis, quamvis hiulcæ & fatiscentis, qualis supra fuit Davidis precatio inter gemitus & lacrymas ad maciem & canitiem usque effusas, recitata, & faucibus sæpe interclusis præ multitudine suspiriorum fracta. Illudque verbum Paul. *Rom. VIII, 26.* eleganter reddit per *ἀνίλα μὲν ἀνεοδάται*. Petit itaque David suam orationem suscipi, & sicut præcedentia in hoc Psalms fuerè verba spei patientis, laborantis ac pene occumbentis; ita hæc verba spei sunt exerentis, & exhortantis constantiam ac jam prævalescens, quemadmodum Lutherus commentatur. Atque ita

ita talem affectuosam ἐπιλοῦν in fine precum, à sacris Psalmographis adhiberi solitam, & profani Poëtæ imitati sunt, quorum suum carmen fini-

Quod precor eveniet: sunt certa oracula vatum,

Nam DEUS optanti prospera signa dedit

Et apud Horat. in Carm. secul.

*Hæc Jobem sentire Deosqve cunctos,
Spem bonam certamqve domum reporto,
Doctus & Phœbi Chorus & Diane*

Dicere laudes.

Ubi interpres Horat. notante Genebrardo in Psalmum hunc addit; Ego chorus reporto domum spem bonam certamqve, Jovem hæc velle, hæc scire, hæc sentire.

Deniqve objectum etiam exauditionis triplicatur. Nã (1) ponitur vox fletus i. e. vox fletu mista, vel flebilis, ut pleriqve exponunt. Elegantior tamen est explicatio eorum, qui dicunt lacrymis per profopop. tribui vocem, atqve hoc ipso indicari, pios licet sæpe in subitis & gravissimis terroribus, & præcipue in mortis agone, nihil

entium devotio, in verba fiducia de exauditione solvebatur, ut videre est apud Ovid. Lib. 2. de Pont. Eleg. 2.

effari possint verborum, tamen suspiria & lacrimas esse vocales in auribus DEI, quemadmodum David Psalm. XXXIX, 23. orat. ad lacrymam meam, ne surdum te exhibeas. Eam deniqve Profopop. usurpat Syrach. Cap. XXXV, 18. 19. ubi gemitibus viduarum loquelam, & lacrymis exclamationem tribuit. (2) Ponitur vox תַּרְחַנָּה i. e. talis oratio, quâ flagitur יהוה i. e. gratia & clementia: quemadmodum supra vers. 3. fecit David תַּרְחַנָּה miserere mei Jehova, atqve hujus voti jam secompotem factum esse gloriatur (3) Deniqve

D

habe-

habetur vox הַפְּלִיטָה quæ explicata est *Ps. IV, 2.* & significat supplicationem coram Iudice factam, quæ vel nostrum jus urgemus vel deprecamur

Verf. 10. ERUBESCANT.

Posterius membrum hujus secundæ partis explicat DEI justum iudicium, de impænitentibus ferendum, quod David & illis imprecatur, postquã eos detestatus est. Impænitentes autem vocat inimicos, per quos alii intelligunt homines malevolos, Davidi sinistre cupientes. Sed rectius ex *Verfu præced.* accipimus de operariis iniquitatis i. e. de hominibus, qui in impænitentiã perseverant, & DEO simul atque piis abominationi sunt.

Ideo hos David suos inimicos vocat, tum quia pii exemplum Patris cœlestis imitari & abhorre ab omni eo, quod ille odit, & adversatur, debent; tum quia iisdem piis cum istiusmodi hominibus perpetua pugna est, quandoquid: omnem pieta-

strictum sententiæ rigorem, quod posterius huic loco convenit. Nam David deprecatus est iudicium in furore & punitionem in ira.

tem usque deque faciunt, & Christianam crucem abominati pios calamitatibus pressos, pro scoriis mundi habent, ipsi interea de iudicio DEI ad modum securi. Talibus ergo Psaltes fatum horribile non tantum prædicit, sed & ex justo Zelo imprecatur. Constituit autem certos gradus hujus vindictæ, è quibus primus est *confusio*. Erubescant i. e. consiliorum suorum propositis finibus excidant, cumque velint suis meritis stare coram tribunali DEI, arguantur rei in isto DEI iudicio. Radix est שׁב puduit, pudefactus fuit (2) per Meton. significat, voti sui & cogitationum imposuit, ob malum ejus successum, quem sibi proposuit, quemadmodum hæc significatio explicatur *Psal.*

CXIX.

CXIX, 6. *ne pudefacias me ob
spem meam* i. e. ne finas me
ut meæ me spei pœniteat
pudeat. Et *Ps. XXII, 6.* per
antithesin explicatur hæc
phrasis: In te confisi sunt, &
non sunt confusi i. e. auxilii
divini fiducia non sunt falsi
(3) per Meton. effecti signi-
ficat coargui ob aliquam rem
& convinci, reum agi. Ideo-
que Lutherus rectissime ex-
ponit hæc verba per *vers. 1.*
dicitque confundi nihil aliud
esse, quam reum inveniri
coram stricto DEI judicio,
ubi furor iraque ejus locum
habent. Idque justitiam &
hypocritis maximè, conve-
nit, quorum hi ad adipi-
scendam salutem satis pu-
tant, si modo externam loco
motivam regant & sancti-
moniam aliquam speciem præ-
beant; Illi autem fictitia
sua sanctitate cœlum sibi ar-
rogant, adeoque opera super
rerogationis se præstare cre-
dunt. Atque hæc & id genus
alia, sunt ipsissimæ confusio-
nis causæ ejusque æternæ.

*Secundus gradus vindictæ
divinæ est Conturbatio.* Contur-
bari autem nihil aliud est,
quam puniri in ira à DEO,
ita ut præsentē omnia inten-
tent infernū & mortem æter-
nam, surdisque conscientiæ icti-
bus cor pulsatur, ac moribus
intolerabilibus lancinetur.
Hoc fatū & *Ps. II, 5* David im-
pœnitentibus prædixit: tū lo-
quetur ad eos in ira, & furo-
re suo conturbabit, cum è
diverso pœnitentes, quique
in eo confidunt, beati sunt,
ubi hæc ira subito exarde-
scit. Porro hæc vindicta DEI
amplificatur mentione tripli-
cis adjuncti. Primum est
*perpetuitas cruciatuum infer-
norum* in impiis designa-
ta per verbum *ישב*, quod
descendit à Rad. *ישב* rever-
sus est, & quando constru-
itur cum alio verbo, tunc
adverbialiscit, & valet idem ac
rursus iterum *Ps. LXXI, 26.*
Ps. LXXVIII, 41. *Ps. LXXXV,*
7. in quo postremo loco orat
Psalter: *Nonne tu reverteris &
vivificabis me?* i. e. nonne tu

D 2

ite-

iterum vivificabis me? Ita h.
 l. *Reversi erubescant* idem est ac
 si dicas: Iterum erubescant,
 secunda morte pereant, &
 nunquam inde eluctentur.
 Significat, enim hoc verbo in
 finaliter impœnitentibus,
 nullum fore confusionis fi-
 nem vel terminum. Atque
 hanc interpretationem com-
 probat lectio Hebraica, quæ
 immediate sine interposi-
 to ו copulativo conjungit
 duo verba: ישוב יבשו atque
 ita metathesi literarum, ele-
 gentissimam efficit parono-
 miasiam: LXX. tamen, ut &
 Latini Interpretes, inter duo
 hæc verba insererunt copu-
 lam, & verbum prius, quod
 nos adverbialiter exposui-
 mus, figillatim per verbum
 explicant: ἀπεπαύσθαι con-
 vertantur; quod esset intelli-
 gendum itidem de adjun-
 cto vindictæ divinæ, nempe
 pristinae fortunæ, quam pu-
 tant esse perpetuam, immu-
 tatione & præcipitio in æter-
 nam damnationem, Luthe-
 rus: *Müssen sich zurück keh-*

ren. Possent tamen sic con-
 structum hoc verbum etiam
 explicari, de eorundem cru-
 ciatuum conscientia & in-
 ferni (quales David in a-
 gonia sua constitutus su-
 biit) conversione in impios.
 Nam יבשו inter alia significat
 rependere impio, ad dandam
 viam malam in caput ejus. At-
 que ita optaret David, ut
 conturbationem ossium & a-
 nimæ, de qua *vers. 3. & 4.* con-
 questus est; vicissitudine qua-
 dam persentiscant impii, di-
 gnamque suis operibus pœ-
 nam luant. Talis enim
 imprecandi formula solennis
 est Psalti oranti, ut à se ira
 recedat ad impios; *Quemad-*
modum Ps. LIV, 7. Averte
mala inimicis meis. Et Psal.
LXXIX, 6. Usque quo Domine ira-
sceris in finem? Effunde iram
tuam super gentes, atque hæc
est vicissitudo de qua Salomon
Prov. XII. docet: de angustia
liberatus est, & dabitur impius
pro eo.

(2) *Alterum adjunctum*
 est *gravitas confusionis, quam*
 signi-

significat (1) adverbium ad-
ditum verbo conturbari: *Ve-*
bementer conturbentur (2) Re-
petitio verbi erubescere Em-
phatica; Unde significantiam
hujus repetitionis LXX. ex-
presserunt, inserto adverbio
σφοδρα valde, quam & Latini
particulam interposuerunt.

(3) Tercium deniqve adjun-
ctum est subitus & inopinus
vindictæ hujus impetus: *Eru-*
bescant velociter, quasi dicat,
quã nulla spes emendatio-
nis in illis apparet, & frustra
illis occinuntur comminatio-
nes divinæ, ideo tandem
præcipite noxâ pressi misere
subitoqve pessum eant. In
fontibus est *ערי* punctum vel
momentum temporis. Hic
autem Radix adverbialiter
ponitur & à LXX. redditur *δι-*
τάχως. *Aquila ἐξαίφνης* i. e.
subito, velociter ex templo,
in momento vel puncto tem-
poris. Ceterum non pauci ex
interpretibus, his verbis po-
sterioribus nolunt contineri
imprecationem, sed prædi-
ctonem damnationis mansu-

ræ inimicos Davidis. *At-*
repugnat prius membrum,
quod continet Imperativum
ערו Discedite à me. Licet au-
tem hæc verba posteriora
ponantur in futuro tempore:
Erubescant, Conturbabuntur &c.
tamen constat, Futura ut
plurimum Imperativi vel
Optativi modi, in precationi-
tionibus & mandatis (ut in
Decalogo) vicem sustinere,
præsertim quando expresse
Imperativus præcessit, uti h.
l. *Discedite*. Nam posteriora
tempora & modi à præceden-
tibus ut plurimum concipi-
untur, eorumqve rationem in
modo significandi æmulan-
tur, ut Genebrardus notavit.
Sunt & alii, qui hæc verba
versus ult. exponunt de pœ-
nitentibus, eorumqve con-
versione, qua homines pu-
desunt ob peccata, terren-
tur & conturbantur pavore
iræ DEI, & meliorem vitæ
rationem ineuntes ad DEUM
revertuntur. *Quam expli-*
cationem etiam recipiunt
Hieron. Greg. Cassiodorus, &

nonnulli recentiores. Verum tali interpretationi parum convenit prima illa repudii formula, quæ David faceſſere jubet inimicos ſuos, quæque etiam à Chriſto in cenſorio illo die ad impœnitentes uſurpabitur. Deinde pœnitentes non ſunt operantes iniquitatem, licet operati fuerint i. e. in peccatis antea commiſſis non perſeuerant, ſed ab iis abſiſtunt.

tes uſurpabitur. Deinde pœnitentes non ſunt operantes iniquitatem, licet operati fuerint i. e. in peccatis antea commiſſis non perſeuerant, ſed ab iis abſiſtunt.

PORISMATA.

I.

Diſcenda hic eſt ratio veræ pœnitentiæ, quæ conſiſtit in ſalutari hominis peccatoris ad DEUM conuerſione, quæ, de peccatis agnitiſis dolens, fide in CHRISTUM erigitur. Nam duæ ſunt ejus partes; *Contritio & fides*, eaſque neceſſario conſequitur effectus, qui eſt nova obœdientia.

Contritio eſt conſternatio vel dolor de offenſo DEO, & pavor iræ divinæ ortus ex peccati per miniſterium prædicationis, legis, agnitione. David enim ſentit (1) *ingentem dolorem*. (2) *iram DEI & furorem ob peccata*. Inq; hac ſua conſternatione duplicem exhibet formam contritionis, quarum

una eſt *immanens*, altera vero *transiens*. Immanens eſt, quæ animus interne dolet; ſiquidem exclamat: *Anima mea turbata eſt valde, & tu tamen uſq; qvo*. Transiens eſt, quando dolor foras progreditur & vel nutu, vel geſtibus ac ſermone ſe proferat; ideoque huc pertinent gemitus, lacrymæ atque conſeſſio; Ita David dixit, ſe laborare in gemitu & magnâ copiam lacrymarum effundere, atq; omnia ſua oſſa eſſe contrubata, v. 3. Denique & contritionis cauſa exprimitur, quæ eſt *agnitio peccati*. Nam agnoſcit ſe eſſe miſerum, ideo exclamat: *Miſerere mei & ſana me*. Peccatum autem agnoſcitur (1) quoad *ipſam*

involuntarij

ἀναίαν, vel exorbitationem à Lege DEI. (2) *Quoad reatum culpa* h. e. scditatem peccati, quam Pfaltes hic comparat infirmitati, vel ægritudini, à qua cupit liberari. (3) *Quoad reatum pœnae* vel noxiam & obligationem ad pœnam. Ideo petit eripi animam suam, quoad ipsam pœnam.

(3) Medium, à quo DEUS contritionem operatur, est geminum;

(1) Quidem ministerium legis, per quod ostenditur (1) pravitas peccatorum, & pœnæ illis promeritæ atrocitas. (2) Afflictiones, quæ legi succenturiatam præstant operam, illiusque *ἑσθίας* ad praxin referunt, & nihil aliud sunt, quam reales legis conciones. Atque hæc de prima pœnitentiæ parte.

(2) *Fides* autem quæ altera pœnitentiæ pars est, ad misericordiam DEI confugit, & cum Davide inçlamat: *Miserere mei Domine*! Describitur autem hic fides, quoad pro-

priam suam *ἐπέγχειαν*, quæ est apprehensio meriti CHRISTI. Salvum me fac per salutare tuum Messiam. Meritum verò CHRISTI spectatur in imputatione peccatorum nostrorum CHRISTO facta.

(1) *Quoad reatum culpa*, ita ut CHRISTUS sit reputatus pro peccatore. (2) *Quoad reatum pœnæ*, vel obligationem ad pœnam. Quia enim sponsor humani generis factus ad expianda ipsius peccata, ideò hoc ipso se obligavit ad pœnam nostram sustinendam, & reatu in se translato, dignus fuit in oculis DEI habitus, qui omnibus pœnis furoris divini maçtaretur.

(3) *In pœnarum ipsarum ab irato DEO peccato vindicantes inflictarum perpesione*. Atque hæc est *ἀνταπόδοσις* illa, de qua Paulus 2. Cor. V, 21 ait: *Eum qui non noverat peccatum, DEUS peccatum fecit, ut nos simus DEI justitia in illo*. Hoc ergo omne fides apprehendit, & sibi specialiter applicat. Hinc toties David repetit pronomen

men illud fiducia salvificæ characteristicum: *Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum ego: Sana me Domine; quoniam conturbata sunt ossa mea; Anima mea conturbata est valde; Eripe animam meam, salvum me fac.* Atque inde oriuntur effecta fidei, nempe sanatio infirmitatum spiritualium, ereptio à furore DEI, reconciliatio gratiose ad nos revertentis, & denique salvatio. Porro autem vera pœnitentia ex fructibus quoque agnoscitur, & documentum præbet in studio bonorum operum: Ideo David hic valedicit impœnitentium consortio, v. g. & ex zelo pro gloria DEI eos detestatur atque execratur, ipse à consolationibus gratiæ divinæ erigitur, deque misericordia DEI gloriatur.

II. *Afflictiones*: quæ peccata contra conscientiam commissa vel omissa consequuntur, sunt duùm generum: Vel enim infliguntur, postquam peccata illa jam pœnitentibus à DEO sunt remissa;

Vel cum propter impœnitentiæ perseverantiam nondum sunt condonata. Utriusque generis afflictiones generaliter appellantur pœnæ; certo tamen discrimine appellationis. Nam aliæ pœnæ sunt proprie & ratione *formalis* sui sic dictæ: aliæ improprie & *materialiter* tantū vocantur pœnæ. Illas Theologi solent appellare *τιμωρίας*, has vero *παιδείας*. Neque incommode potest hic accommodari distinctio, quæ Taurus Philosophus olim pœnarum genera dispescuit, quod scilicet alia sit *παραδειγματική*; alia vero *θεραπευτική*. Nam revera afflictiones pœnitentium sunt *θεραπείαι*, quemadmodū calamitates impœnitentium *παραδείγματα* furoris divini & maledictionis juxta strictam legis sententiam. Differentia autem harum pœnarum est multiplex. (I) Ratione *principii*, quia *τιμωρία* proficiscuntur à DEO adhuc offenso & furente, ac tanquam iudice, vindicante peccata, secundum *ἀκριβοδικαί*

ἀκριβοδικαί

ῥοδικαίων legis. Παιδείαι autem
 obveniunta DEO placato &
 tanquam patre castigante;
 dum enim sic punit eos, qui-
 bus jam ignovit peccatum,
 simul medicam manum adhi-
 bet, & ut *Evagrius Lib. 4.* ele-
 ganter loquitur: *pharmaca*
parat, antequam vulnus infligit; &
Φιλανθρωπία gladium ira sua
acuit. Ideo David non vult
 castigari in ira; sed petit ad-
 hiberi misericordiæ tempera-
 mentum: Miserere mei.
 Item salvum me fac propter
 misericordiam tuam. (2) Ra-
 tione *finis.* Nam illæ; ultionis,
 hæ; admonitionis ergo; illæ
 ad vindictam; hæ ad caute-
 lam infliguntur, quemadmo-
 dum docet Paulus *1. Cor. xi, 31.*
Si nos ipsos dijudicavimus, &c. ubi
 differentiam hanc pœnarum
 à caussa finali explicat: Et
 quando pœnitentes sive rena-
 ti κρίνομεν, i.e. judicantur, hoc
 mox de pœnis *καθελικαῖς* inter-
 pretatur, ubi τὸ κρίνεσθαι expli-
 cat per *παιδεύεσθαι*: quando
 judicamur à Domino corri-
 pimur. Verbo autem *κατα-*

κρίνεσθαι complectitur *τιμωρίας*,
 quæ ex condemnatione DEI
 peccatum consequente profi-
 ciscuntur. (3) Ratione *formæ*:
 Istæ adjunctam habent male-
 dictionem; Hæ vero non: Propterea David deprecatur
 maledictionem: *Ne arguas*
me in furore. (4) Ratione
subjecti. Illæ impœnitentibus
 infliguntur, hæ pœnitenti-
 bus, ut tanto diligentius vitia
 declinent, & pravas cupidi-
 tates mortificent. Hoc vult
 Paulus, dum *L. C.* ait: si nos
 ipsos judicavimus, i.e. *inquire-*
remus in naturã & vitam nostram,
ac peccati fœditatem considerave-
mus & fugeremus (hoc enim
 est *διακρίνειν*) non utique judi-
 caremur, i. e. non esset opus
 per flagella & *παιδείας* has nos
 admoneri. Hinc propter
 mortificationis perpetuæ ne-
 cessitatem vulgo in scholis
 Theologorum dicitur: *Chri-*
stianorum pœnitentiam esse debere
perpetuam. i. e. perpetuò in
 suo proprio effecto, qui est
 carnis mortificatio, elucere.

III. Afflictiones piorum,
 E tam

tam δοκιμασία, quam παιδείαι, gradus suos habent. : Non enim tantum virgas adhibet DEUS, sed & flagella, è quibus omnium atrocissimum est lucta cum desperatione, & pavor de abiectione à facie DEI. Quapropter alios afflictionum gradus Paulus 1. Cor. X. 13. appellat *πειρασὺς ἀνθρώπων*, tentationes humanas. Hic autem ultimus gradus vere est *πειρασὸς ὑπὲρ ἀνθρώπων* tentatio supra hominem. Unde *Lutherus* ait. : Non omnes Christianos hac cruce vexari, ut inferni dolores sentiant, sed tantum aliquos, ut Jobum, Cananæam, Paulum, &c. Licet enim in omnibus sanctis fit mixtus quidam timor ex filiali & servili timore, propter imperfectionem renovationis, & reliquum adhuc Spiritum servitutis, quoad residuam vitiositatem peccati; tamen in tali paroxismo conscientiae, qualem David patitur H. L. maximè servilis timor grassatur, &

horrorem incutit ex metu damnationis & plagarum divinarum peccato promeritarum, ita, ut tunc homo quasi exspes, & sibimet & DEO & creaturis reliquis invisus videatur. Hi enim sunt inferni dolores, ut amor cum odio, spes cum desperatione, misericordia cum ira, laus cum blasphemia, perseverantia cum fuga, timor cum fiducia misceatur. Quemadmodum autem in omnibus piis afflictiones metuentibus filialis tandem timor prævalet servili; Ita & in hoc miseriarum cumulo & quasi inferni vestibulo, fides ita luctatur cum dubitationum terriculis, ut tandem timor omnis superetur à fiducia, DEI benignitate nixa. Sic David dicit quidem, se nauseam esse omnibus ubicunqve creaturis, eoq; quod iratū DEUM sentiat, simul adversas sibi habere res omnes, & contradicentem propriam conscientiam, mox tamen erumpit in plena fiducia verba.

verba. *Discedite à me omnes,*
& gloriatur de exauditione
precum suarum.

Quæritur autem: quomodo
infernales cruciatus piorum
differant ab impiorum in
æterna damnatione squalen-
tium tormentis?

R. Multifariam & (1) qvi-
dem *forma*: quia impius in
inferno constitutus gratia DEI
veri subtrahitur, siquidem
erubescunt & turbantur ve-
hementer, tanquam propu-
dia generis humani, ita ut
vermis eorum non moriatur,
& ipsi omni carni sint nausea,
quemadmodum *Es. LXVI. 24.*
est. Pii autem apparenter tan-
tum DEUS subtrahit suam
gratiam, tentat eos ad bo-
num; Non enim DEUS hos
ex animo affligit *Tbren. III. 33.*

(2) *Causis finalibg*: Nam cru-
ciatus infernales patiuntur
impii, ut retributionem suæ
impenitentia. Pii autem iis
affliguntur ideo, ut experi-
entia & usu tentationum in-
structi, aliis, qui similiter cri-
bros Satanae ventilantur, con-

solationem suam suggerere
possint.

(3) *Eventu*. Impii profus
desperant, ac DEUM blasphe-
mant, unde David ait: *In*
morte non est memoria tui. Cujus
rationem reddit *Basiliius in hujus*
Psalmi interpretatione. ἡν ἐστὶ τοῖς
ἀπειθεῖσιν ἐν ἀδηξομολόγησις καὶ
διόρθωσις, συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς
ἐν ταῦτα μὲν βίον, καὶ τὴν πράξιν.
Ἐκεῖ δὲ τὴν τῶν πεπραγμένων ἐξέ-
τασιν, i. e. discedentibus in
infernum non est confessio,
aut correctio: Hic enim seu
in hoc seculo conclusit DEUS
& vitam & actiones: Illic
vero actionum quæstiones.
Pii autem eluctantur tandem
ex desperatione, & DEUM
sentiunt propitium, quem
gemitibus & lacrymis suis
solicitant.

(4) *Duratione*. Nam cru-
ciatus infernales piis sunt
temporarii; ideo David glo-
riatur: *Dominus exaudivit*
voicem fletus mei. Et huc per-
tinet illud Hannæ *i. Sam. II. 6.*
Dominus mortificat & vivificat,
perducit ad inferos & reducit. Sed
E 2 in

in damnatis cruciatus sunt perpetui. Inde David ingeminat suam imprecationem: *Erubescant, subito erubescant.* Et *vers. 6.* ait: In inferno quis confitebitur tibi? Ex quo Lutherus deductum esse putat vulgatum illud axioma Theologorum: *Ex inferno nulla est redemptio.*

IV. Lacrymis & gemitibus pœnitentiam DEUS flectitur & reconciliatur, ut exaudiat orationem illorum. Hinc *Cbrysof. Conc. I. de Laz. & Homil. de pœnitentia scribit: Tantam vim esse lacrymarum hominis pœnitentis, ut extinguant ignem Gebenne. Geminum.*

ELENCHUS vel

Bellarmin. Lib. II. de purgat. C.V. ex v.2. hujus Psalmi colligit materiam, ut succendat purgatorium ignem Caci Romanensis. Cum enim David ait: Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. h. e. inquit Bellarm. Noli me corripere neque in inferno neque in purgatorio, atque

huic est alterum elogium, quo lacrymas pœnitentium ornat *Hom. 2. in Ps. LXI, & lacrymas vocat spongiam peccatorum; ac similem dicit esse martyri, quia sicut martyr fundit sanguinem, sic pœnitens fundit Lacrymas. Sunt autem Lacrymæ duùm generum, quæ à piis profunduntur Aliæ enim sunt doloris, contritionis & odii erga peccatum; aliæ vero dilectionis & desiderii videndi DEUM signa, quæ propterea *Greg. Lib. III. Dial. Cap. XXXIV.* eleganter comparat duobus illis irriguis quæ Axa postulavit *Jos. XV.* quorum unum superius, alterum inferius.*

ΑΝΑΣΚΕΤΗ.

hujus interpretationis auctore laudat August. qui in Ps. VI, ait: Arguantur omnes in die Judicii, qui non habent fundamentum, quod est Christus; emendantur autem i. e. purgantur, qui huic fundamento superædificant vel lignum, vel scænum, vel stipulam: Detrimentum enim patientur, sed salvi

salvi erunt tanqvā per ignem. Item in *Ps. LI*, ubi eodem sensu David orat, sic commentatur: *Domine ne indignatione tua arguas me; non sum inter illos, quibus dicturus es, ite in ignem aeternū, neq; in iratua emendes me. Ut in hac vita purges me, & talem me reddas, cui jam emendationis igne non sit opus, propter illos, qui salvi erunt, sic tamen quasi per ignem.* Sed vana est verborum Davidis glossæ Bellarminiana & Augustini auctoritatis adductio.

Nam verba Psalmi non loqui de purgatorio, sed de stricti iudicii divini executione vel punitione, confirmat *art. 9. 8. 15.* miserationis, satisfactionis reconciliationis *vers. 3. & 4.* Itemque apparet ex *vers. 9.* in quo objectum iræ divinæ non notantur pii, quorum animas perpurgari, dicundur sed operantes iniquitatem. Et denique ex *vers. ult.* in quo iræ divinæ effecta commemorat, horribilem conturbationem & præcipitium in æternam confusionem. :

Contra autem Pontificii purgatorium volunt esse temporarium & sine conturbatione ac odio DEI. Atque commemorata jam verborum Psalmi expositio, & in Anallysi textus declarata & ab aliis patribus usurpata est, ut à Theodoro in *Ps. VI.* Paternè inquit, corripias, non iudicis ritu, medici more, non tortoris: Ne metiaris vindictam peccato; Sed benignitatem iustitia tempera: Sic Lyranus? Ne punias me secundum rigorem iustitiæ tuæ, sed magis secundum dulcorem misericordia tuæ; & dicit: In furore tuo; alludendo ad *2. Sam. XXIV, 1.* de populi numeratione, *Et addidit furor DEI Domini ira sc. contra Israel &c.* Jam porro Augustini mentem videamus in verbis superius adductis, quem per iræ vocem purgatorium Pontificiū non intellexisse probamus (1) Ex adjectis circumstantiâ temporis: Dicit enim in die iudicii extremi fore illam purgationem.

tionem. At tunc ex mente Pontificiorum desinet purgatorium, in quo ante iudicium extremum animas post discessum ex corpore dicunt pati.

Deinde ex identitate significat: vocum furoris & iræ, ut ipse August. fatetur. *Ego puto unam rem, inquit, duobus verbis significatam esse.* Nam in Græco *ἄγος* quod est v. 1. hoc significat quod *ἄγος*, quod est in vers. 2. Sed cum Latini vellent & ipsi duo verba ponere, *quæsitum est, quid esset vicinum ira, & positum est furor.* Quare cum ex mente August. idem significant furor & ira, non potest horum alterutro infernus, alterutro purgatorium accipi. His rationibus accedit tertia ex indiscretâ transpositione horum verborum. Dum vox iræ apud alios auctores v. 1. & furoris apud v. 2. alios v. 1. & ira 2. ponitur, de quo pergit *Augustinus: Ideo varie codices habent. Namque in aliis prius invenitur ira; in aliis pro*

furore indignatio ponitur aut bilis. Sed quicquid id est, motus est animi, provocans ad pœnam inferendam. Sed in quies; *Augustinus tamen in supra allatis verbis, meminit ignis & emendationis per ignem.* R. Loquitur de fine seculi, in quo ignis ardore homines purgatum iri plerique veterum autumabant, inducti antiquâ opinione, quam ex prisca Philosophia hauserant. Sensus ergo August. est, quod David deprecetur rigorem iudicii Divini in ult. die; Unde paulo post subicit; quod ergo iste orat, *qui non vult in ira DEI vel emendari vel argui, quid nisi ut salvetur? Ubi enim sanctitas est, nec mors metuenda est, nec urentis vel secantis medici manus.* Quæ autem alibi de purgatorio igne, quem post mortem corporis usque ad diem iudicii Spiritus defunctorum patiantur, in scriptis *Augustini* inveniantur, ea non assertive, sed dubitative, quasi posita esse ex *Lib. 25. de Civit. DEI Cap. XXVI.* appa-

apparet, ubi adhibet verba:
*Dicuntur perpeti: Item: Non re-
 darguo, quia forsitan verum est:*


Item *Hæc descripsimus, ut tamen
 in eis nulla velut canonica aucto-
 ritas constituatur.*

PRAXIS ΠΑΔΟΠΟΙΗΤΙΚΗ.

Præter misericordiam, ,
 cujus movendæ rationem
 jam ante ostendimus, *Psalms.*
IV. 6. duo jam possunt affe-
 ctus in hoc Psalmo exagge-
 rari: timor & fiducia: *Timor*
 moveri debet ad fugam pec-
 cati, ita ut ob oculis ponat-
 ur peccatoribus. 1. Gravitas
 iræ DEI, cujus furori nemo
 resistet, nec resistere potest.
Nab. 1. 6. 2. Subseqventes
 anxietates conscientiæ & do-
 lores infernales. 3. Omnium
 creaturarum odium & nau-
 sea. 4. Omnis generis pænæ
 temporariæ, ut infirmitates
 corporis, calamitates, &c.
 5. Impossibilitas resipiscendi
 post hanc vitam. In morte
 enim non est memoria DEI.
 6. Æterna damnatio, quæ po-
 test exaggerari per enumera-
 tionem adjunctorum, *vers. 2.*


Fiducia in CHRISTUM


moveatur in afflictis consci-
 entiis. 1. *Representatione mise-
 ricordie divine*, tanquam unius
 panacæ spiritualis, quæ fau-
 cii peccatores curantur, con-
 turbati exhilarantur, velut
 nuncii asyli, quo ex faucibus
 Satana erepti confugiunt &
 salvantur. 2. *Exempli Davi-
 dis*, qui pœnitentia peccato-
 rum ductus eorum remissio-
 nem impetravit. 3. *A fine
 afflictionum* in piis, qui est resi-
 piscencia & mortificatio car-
 nis. 4. *Ab eventu.* Licet enim
 DEUS sæpè austerus videat-
 ur, & cor luctetur cum dubi-
 tationibus; tamen tandem
 gratia DEI radios suos exse-
 rit, & fides eluctatur atque
 obtinet, quod petiit à DEO,
 Nostrum est gemitu & lacry-
 mis deprecari peccata, proque
 eorum odio & fuga DEUM
 sollicitare.





2. *Arn* in Job: 20. 44. 5.
3. Ejud in Prov: 10. 18.
4. Horck in Canticum Cant.
5. Orlander de infelicitate impiorum.
6. Fechtius de generacōe Merfiae aeterna.
7. Meyer in Palm: 67m.
8. Schumacher in Palm: 16. 5.
9. Schram ~~de~~ ad Palm: 16.
10. Ejud ad Palm: 22.
11. Jablonoski in Palm: 40. 7.
12. Jüngst in Palm: 40. 7. 8.
13. Jablonoski de perfusione aurium.
14. Ring in Palm: 100.
15. Schudt de Regno Merfiae.
16. Ejud de Regno Merfiae.
17. Ejud de Regno Merfiae.
18. Lampe de Tentoris Kedar.
19. Lampe de Lilio Saronitico.
20. Cremer de Summa Sapientia.
21. Michaelis de Salomonis ad Laetitia exhortat.
22. Vitalokius ad Jes: 2. 22.
23. Andreae in Jes: III. 414.
24. Meyer in Jes: 26. 20.


Werenfels. in Des: 63. s. 9.
Halstgin Dan: XI. 37.
Havens in Hag: 7. 8.
Mundinus de Gloria t'pili Secundi.
Galdwing de mysterio Trinitatis.
Bilefeld de Jesu Xto.
Hachman de Messia ejusq' negotio.
Pürthler de Xti adparitione in coelo.
Bramer de Filii Dri operatione.
Calixtus Fides Catholica.
Witsius in Synb: Aplicum.
Miege Theses Theolog: de nat: Xti.
Montag de Pseudodamo Socinianorum.











the scale towards document

idigentiam naturæ talem indicat, quæ
 te aut immortalitate ejusdem consistere
 est. Minor inde patescit, quoniam Ada-
 i Paradisiaci fuit a Deo commissa. Cæte-
 quoq; intemperie & impotentia appetitus
 tur esse argumento sufficientissimo, eam
 n defuisse. Resp. 1) ad Majorem ejus-
 nem distinguendo inter *passionem perfecti-*
m. Si tolerantia laboris nec non famis
 ne integro fuit passio corruptiva, tum
 inde ejusdem mortalitas. Ita vero ne-
 n. 2) Ad eandem porro Minorem dici-
 sitim actualem, & quidem talem, quæ
 & potus naturæ destructiva, in homine
 ro fuisse unde, quæso, probabunt? No-
 tertiiavi istud verbum: In homine eti-
 . Quod enim in probatione de appetitu
 kitur, id ad hominem non amplius in-
 ajam labentem pertinet. Sin Majorem
 e & siti intellectam volunt, quatenus
 ; cibi ac potus naturalis, naturæq; per-
 quam destructivum *πάθημα*, tum eam
 omni prorsus jure ac merito explosum

Aliud profugium sibi quærun, cum dispu-
 non fuerat mansurus aeternum in horto Edenis,
 in aliam transferendus, & visione beatifica,
 Paradiso nondum affectus fuerat, demum do-
 nario fuerat moriendum, quantumvis imagi-
 ncorruptam, neq; perdidisset dominium origi-
 nus. Ergo. Consecutio Majoris videtur
): Siquidem primi Adami vita nondum
 tum animalis fuit, per eâ, quæ tradun-
 F tur